Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8219
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Hera

rat

Prope factum est istud: Nam sicut aque flammas extinguunt sic ecclesie suffragiis ros superne misericordie diros ignis cruciatus in animabus purgandis medicat

Herus

Luctuosis vestibus: capuciis antrorsum in longum porrectis: luminibus in terram versis delatum funus tuum cum filiis humiliter sum secutus

Hera

Et hoc opus pietatem te dolet: Velut enim pestifera superbia perditis sic humiliacione celi mansio conquiritur Sicut etiam vagus sensus distrahit sic recollectum devocionem intendere satis habemus exploratum Vultus etiam in terram declinati mortales monent ut memores sint iudicii defunctorum Memoresque fiant quoniam cinis sunt et in cinerem convertentur Secumque repereant quod ecclesiasticus mortui personam gerens ait: Memor esto iudicii mei sic erit Michi heri tibi hodie Verbum istud notat memoratuque dignissimum est: quod ecclesiasticus mortui personam gerens dixit ad viventem Memor esto iudicii mei sic erit et tuum Michi heri tibi hodie etc

Herus

Funebribus pannis et funus et tumbam vestivi tuam

Hera

Nec istud pio caret misterio Versus enim es eo ipso desiderare quatinus post stolam mortalitatis quam

5